SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

4, 131 / 9048

II / 131

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

AUGUSTI GYMNASII GORLICENS. PALÆSTRA

ORATORIO-POETICA,

h. e

EXERCITIA ORATORIA ET POËTICA,

publicè,

nunc in Perorantium Cathedra, nunc in aliquo peculiari Pegmate, nunc in Theatro Scenico,

Florentissima Juventutis Scholasticæ Coronâ Gymn. in Gorl.

intra

Doctrina instaurata ac recognita

SEXENNIUM,

et quod excurrit,

AUDITORIBUS æquè ac SPECTATORIB. ERUDITIS,

MODERATORE

M. CHRISTIANO FUNCCIO,

RECT. GORLIC.

plerag; ἀπὸ τῶν 50 ἀνεκδότων, ὡς Gr. amant loqui, et ex prompta memoria, exhibita.

TOMUS III TIUS

BIBLIOTHECA GORLICENSIS
BIBL. UNIV. WRATISL.

SLUB Wir führen Wissen. GÖRLITZER SAMMLUNGEN OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Oratiuncula EUCHARISTICA, et VALEDICTORIA,

quâ Studiosi omnibus ceteris mortalibus præferuntur elaborata et dicta in publico Examine Torlicii, A.O.R. 1680. d. 3. Maji

à Johanne Francisci, vulgò Lischowino, Bistritzâ-Hungaro.

JRI Nobilissimi, Consultissimi, Amplissimi, Excellentissimi, Prudentissimi, Patres Patriæ; Mæcenates optimi Maximi: Præclarissime Rector, ceteriq; Præceptores Clarissimi, Præstantissimi, Humanissimi; alteri Parentes mei! Teq; ad optima quæq; nata Studiosæ Juventutis Corona; Amici optimi.

Quemadmodùm hoc in variabili orbe certissimum, non actionibus modò, sed omnibus omninò humanis rebus, admirabilis ille cœlorum et terrarum Conditor simulatq; Moderator, DEUS finem, ad quem omnium quæq; dirigatur, statuit: ita etiam mortalium, qui nihil aliud, quàm lutum, ut Lipsius ait, scitè mixtum sunt, singulos id dicendi genus potissimùm delectari solet, quod suo cuiusq; consilio institutové, cùm dignitatis, gravitatis et amplitudinis, tum difficultatis, jucunditatis et utilitatis longè plurimum inesse confirmat. Quid enim sæpius nautæ, portum et terram tenentes, quàm pericula, quæ evaserint, et horribiles procellas atq; turbinum vim, quibus agitati, suprà quàm dici possit, fuerint, recordantur? Quid Thrasones et Mars lumini, quibus nullam fidem, nullam pietatem esse Lucanus asserit, quàm vulnera, obstupescentibus plerumq; audientium animis, magis et identidem jactant? Igitur non mira quædam narrare cuiquam videar: dum, qui per quadriennium propè Hissiadum admirator fui, Musas, novem illas pudicissimas juxtaq; castissimas Virgines, sororiâ colligatione sibi invicem quasi devinctas, quas naturâ inflammatur à teneris, quod Græci dicunt, unguiculis ambivi, deperiri, particulatè, ut puto, hâc hodierni sermonis in ingressione meditor. Minimum Litera sunt, Auditores Devenerandi, aureum illud vellus, quod uti consequantur, Jason et alii Argonautæ Insulam, quæ à floribus nomen accepit, cautè prætenavigant, et, ne delicatis Acheloidum modulationibus moveantur, aures animosq; suos suavitate fidium, quas admodùm sicis sapientissimus Vates, Orpheus, impellit digitis, complent. Esi verò homines complures Paridis Homericus qui sese Helenâ oblectabat, vestigia premunt, et Literarum studia, aut quod non intelligunt, suæq; dæs habeant,

Suum cuiq; pulchrum.

aut quòd moribus ipsorum non conveniunt, relinqvant, nescio, qva volunta-
sequentes: tamen hanc hominum variè insanientium ternam ne tanti fa-
dem faciunt omnes ii, qvi fructuum ex Musarum cultu provenientium
de dulcedine participârunt. Nihil enim eorum, quibus Paradisus et gaudia
in illo, bicipiti cacumine insigni monte, desideratur: nihil hic est, quod
fusionem atq; inter se permistionem quandam arguere possit: longè ordi-
ana hinc exulat Chaos: omnia hîc omninò discreta, et certô ordine
qvaq; in sedibus collocata à Supremo Numine conservantur. Nam
ut de variis vocationum operibus, qva Cedros Libani repræsentant
taceam; et noster Parnassus in medio sui positâ cognitionis boni nul-
arbore superbit, qva non quidem fructus suos, uti illa Paradisea
mo denegavit; sed ultrò studiosis, modò sese probitate et diligen-
mendent Musis, largitur. Ô aurei seculi documentum! quod utinam
mihi in mentem veniret, imbibi, antequam grati erga vos, Patres
plissimi, vosq; Praceptores Æstumatissimi, animi mei anathema, quod
sum, ponam, et omnibus tandem vale tristissimum dicam, Musophi-
quatenus ingenii mei imbecillitas permittit, delineare. Nam licet
nassi fastigium ne animô quidem adhuc conceperim, nedum ad arbo-
cujus paulò antè meminì, pervenerim: tamen non sinero fore, ut idem
mihi apud vos, A.D. contingat, qvod nobili olim Sophistæ, Phormio-
apud Hannibalem de rebus bellicis, in quibus ipse peregrinus et hostis
longô accuratoq; orationis genere disputanti, contigisse creditur: si
vetusta et abiturientibus veneranda Gymnasii hujus consuetudo
sisteus, adhibitis rationibus, exemplis etiam, atq; ex veteribus seculis
petitâ memoriâ, exponam: Musophilos, qvos vulgus Studiosos, literatos
appellat, omnium mortalium esse felicissimos. Id autem non eô fini
ciam, ac si conor aliquid de ceterarum omnium, quibus conjunguntur fa-
minis, societatum gloriâ detrahere; sed partim ut Eratosthenes et Epi-
istos, qvi omnem doctrinæ elegantiam contemptui habent, confundat; par-
tim ut mihi ipsi atq; aliis ad studiorum metam contendentibus, adminis-
dam. Illud saltim, priusqvam ulteriùs provehar, à vobis, A.D. nonqu-
ita necessarium esse existimem: ipsa enim ea vestra in studiosos benevo-
tia, et perse delecta ad dicendum materia præstantia satis magnum ar-
dientiam factura mihi videtur; sed qvia veteri more est receptum
summopere peto: ut me neq; fucis, neq; pigmentis, neq; ullis verborum
lenociniis tumentem, favore vestrô sublevetis.

Per qvàm verò meâ interesse existimo, sciatis: me non ita stu-
diosorum nomen accipere, ut aliàs ab inerti mundo accipi consueverit.
Plurimi enim nunc, si omnium vitiorum usitato pulvinari, desidiæ in-
miant; si diabolum, Veneris in palæstra et preludio, choreis, refer-
si interius sui domicilium escâ stipent vinoq; inundent; si oculis et a-
vibus obscoenas res hauriant; si vel dictu, vel cogitatu turpia verba
corde emant; si lapidibus indicere bellum audeant; si Cyclopum fa-
aut Thrasonum cicatricibus stigmosi incedant, in ornatissimum stu-
diosorum numerum aggregantur. Sed qvid asini ad lyram? qvid Xan-
tippes mordacitas, inter honestissimarum mulierum virtutes? qvid Mycale

cum afinibus auricularis in Coelitum cohorte? Enimverò qui in recenti semper memoria tenent Gregorii Nazianzeni illud, Ἀρχὴν ἀοιδίμων καὶ τέλος ποιεῖ Δία; qui cum nobili illo athleta, Clitomacho, Cupidinis arcus, Circeis poculis aut Harpyiâ pestilentiores, fugiunt; qui cum Apollonio Thyaneo hoc unum à DEO petunt, ut nôrint bonos, malos vitent; qui veterum recentiorumq; mysteriorum scrinia volvunt, revolvunt, hi sunt, non tantùm Studiosorum titulis, sed et, quam liberales parient artes, felicitate longè dignissimi. Felices, inquo, sunt illi, quos neq; Cæsares, neq; Reges, neq; Principes, neq; ullati, ut ad summum honoris fastigium evecti, felicitate superant: nisi fortè illa felix et divina accedat copula, qua plusquam Gordiô amoris nodô homines et Musas colligare novit. At Cæsarem et Principem esse, insignem felicitatis apicem esse, quis addubitet? Nemo: non diffiteor. Quod enim in cœli firmamento est Sol: hoc in terris esse Monarcham, omnium, quibus cor, et ejunt, sapit, judicio comprobatur. Omnium in eo obtutus figitur: omnes eo, & suô urbes et provincias sibi subditas splendore illustret, lætantur; si tenebris eas obducat, squalent. Nam, ut fortissimus ille terrarum Domitor Alexander, et re et nomine Magnus, alibi ait, neq; mundum posse duobus solibus regi, neq; orbem summa duo regna, salvô terrarum statu, labare. Iam verò quid est felicius, quàm tot populorum myriadibus imperare, iisdemq; arbitratu suô leges condere? Sed ô fallacia hominum judicia! ô pectora cœca! Non equidem inficias eo, cuncta sub unico esse Imperatore: verùm ipse pro utilitate communi solus quas non omnium curas laboresq; suscipit? quas non acerbitates excipit? quas non procellas et tempestates patitur? Unde Antigonus, vix regni habenas tractare aggressus, in diadema tamen atq; purpuram, regiæ majestatis insignia, induitur, cordolium, cogitationibus jam conceptum, his cedrô inscribi mentissimis verbis expressit: O nobilem, inquiens, magis, quàm felicem pannum, quem si cognoscar, quàm multis curis, periculis et miseriis sit refertus, ne humi quidem jacentem elevares! Verba sanè ab excelsô animô non aliena: quibus præstantissimus rex tanti solium fieri noluit, ut in eo summa felicitas poneretur: quem nisi quoddam humanæ felicitatis ornamentum, nihil sit. Indor etiam, immanem alioqui gentem, vel ob hoc unicum ad immortalem posteritatis gloriam conservandos puto, quod ipsi sedile, in quo novellum Monarcham, quem Vohon nominant, collocârunt, hinc sagittis, illinc gladiis vaginâ vacuis circumcingunt. Adeò videlicet ipsi pericula, quibus sceptrum Imperatoris in ipsâ regiminis fronte exponitur, oculis subjiciunt, ut à nullo Apelle, à Protogene nullo, à Zeuxide nullo, etsi ex inferis redirent, melius in tabula expingi possint. Oportet igitur, fungum pro corde, et peponem pro capite gerat, qui vesanum adscribit Themistocli, cujus vitia ineuntis adolescentiæ magnis emendata virtutibus Nepos perhibet, anteponenti solio sepulchrum, et moribus aculeis illis, quas vulgus in imperii fasciibus inesse arbitratur, voluptatibus. Verùm enim vero ita perspicuum est, ut probatione non indigeat, Studiosos tantò feliciores esse, quantò diligentiorem appellunt ad eas artes animum, quibus, sive utilitas spectetur, nihil fructuosius; sive oblectatio, nihil suavius ac jucundius; sive splendor ac pulchritudo, nihil illu-

strius, aut ad struendam nominis immortalitatem firmior ac stabilior re-
periri potest. Utiq; Studiosorum animi omni, quem aut seditiones, aut de-
testanda interdum facinorosorum hominum colluvies Imperatori in-
cutit, metu soluti ac liberi, atq; in hoc aquilarum pernicitati non dissi-
les, è Musæis veluti alis quibusdam subvecti, supra terrestria ferantur.
Atqui si cuiquam placeat adamante alivsq; generis gemmulâ radians
diadema, nônit ille Apollinem quoq; sui amantes eôq; virtutum con-
nave præmiô, cui nulla unquam res aliquid affert perturbationis. Ut
proinde ingenti interim satellitum et militum turbâ stipati Imperato-
ri etenim tot aquè ac Prætoriani quasi quidam miles comitivis fre-
quentor dignantur, quot Cæsares, Augusti, Alexandri, Constantini, Theo-
dosii, Caroli Magni, aliiq; decantatissimi per orbem reges, clarissimi fu-
ciper, fortissimi heroës ipsorum libros indies pervolutant. Studiosi ve-
rer sui duntaxat et supellectilis librariæ satagunt: Imperatores magni
sibi subditorum, quàm sua suorumq; salute cogitant: quæ responsio
dem Pelopida fuit, quem bellum pararet, et ab uxore non sine ullo pe-
lacrumarum profusione rogaretur, ut regio sanguini pareret, ne ut
discrimini sese committeret. Nihil verò horum Studiosis, sub perpetua
cis umbra in literas incumbentibus, in mentem venit: qui nisi adversus
animi commotiones, cum quibus adolescentes imprimis certandum
habent, tractare arma nesciunt. At mundi Rectoribus Mavortius
ne extra certè castrorum limites furor ignoscit. Proh enim Deum
mortalem! quotusquisq; est, qui ignoret, quâ manu Mars Julium Cæsarem
C. Caligulam, Vitellium, Flavium Domitianum, aliosq; innumerabiles
medio sustulerit? Evapropter verè et ad rem accommodatè, nescio qui
principum interrogatus, Quid inter Imperatorem et Oratorem sit di-
ferentiæ, regessit, idem esse, quod inter arma et togam. Cæterùm
quæ omnium temporum prædicatione dignissima verba Cæsar Ve-
spasianus protulit? Ô Jupiter, dixit, utinam ego sapientibus imperem
et mihi sapientes! Si igitur Studiosi ipsos DEO his in terris proximos
Imperatores in felicitatis sede antecellunt: quid ab equo, ut ita dicam,
asinum, hoc est, ab Imperatoribus ad Nobiles descendam? Verumtamen
religio mihi fit, quicquam, quod ab adversariis nobis objici queat, fu-
quod in proverbio est, præterire pede. Quid verò evanidus Nobilium fa-
dor? quid ipsorum nataler atq; in discolores vestes induti satrapæ? De-
piat hic abjectissima inertis plebecula fœx! Miretur et insequatur in-
sticus cum Atticus cane umbram! Nam mihi quidem Nobiles ipsi
qui torporem ac desidiam cum Ægistho amplexi, et vitam luxu atq;
inertiâ transigentes, præter insignia nihil ostentant, quô se homines
esse testentur; nisi Studiosi insimul sint, non nobiles, sed Phæaces
illi Homerici videntur, qui

Non pugnis, duravé exercent membra palæstrâ:
Sed mensam et citharæ strepitum, dulcesq; choreas.

Quemadmodum ergo naves in agris nulla sui vestigia relinquunt
gemellum etiam in modum ignobiles isti nobiles neq; domi, neq; in

Istiâ, neq; privatim, neq; publicè, neq; sibi, neq; aliis utiles, utut vivant, sui tamen memoriam immortalitati non commendant. Quid autem per-gitis vos, ô nobili sanguine sati, de Majoribus gloriari? Quid Natales jactare? Majores quidem ipsi si vestri similes fuissent, vos hodie in pro-fremis jaceretis: natalium splendorem rana vobis adimunt, quæ illa omnium creaturarum, in quibus non inest anima, nobilissima Sol, cu mater enititur; illæ tamen, cùm aliud, nisi suum Koàx, nihil cal-leant, limum et lamam pro domicilio agnoscunt. Ubi jam est ve-stra, qua ex Majorum industria, et natalium splendore vobis acce-dere videbatur, gloria? Ubi est vestra, quam (si diis placet!) prome-remini, felicitas? Omninò si virtutibus, quarum viam honestissima literarum studia vobis muniunt, non invigilaveritis, à Sigismundis Im-peratoribus, quotiès præcipua dignitatis in aula sedes vacabit, prof-ferabimini omnibus illis, qui virescente ætate, in qua jam nos fu-mus, singulari inirium contentione virtutum flosculos insequebantur. Quare si quid mea valet oratio, excutite veternum, nec eodem, vel-uti quidam ursi, tantisper pinguescite; sin minùs; omitto tamen vos amplius moller et delicitor, nec turpissimè Vacuna et Murcia litantes, stur-labo. Etenim quem vestram conditionem appetentium multos, a-Sermantium neminem quisquam aliquando vellicaverit: videbimus, cum aliqua aliarum artium, quàm Literarum, præstantior in sui cul-tores felicitas redundet. Equidem cum mente et cogitatione eas perlustro artes, quarum cultoribus cum Studiosis, aut nulla, aut non magna communio est, ex iis quidem, quæ civitates reddunt potentiores, unam præcipuam esse judico, Mercaturam; ex iis autem, quæ ornare & animos honestâ quâdam voluptate Civium perfundere amant, duas minimè sordidas, minimeq; illiberales, Picturam & Statuariam; ex iis denique, quæ ita necessaria sunt, ut eis domus nulla, vicus nullus, pagus nul-lus, civitas nulla carere possit, solam Agriculturam. Nam ceteras artes ne per transennam videm adspexerim: quem, qui hujusmodi excolunt, infimet inter sese et Studiosos nimium quantum interesse, ultrò largiantur. Ad Mercaturam igitur quod pertinet: hac sanè quibusdam in regionibus propter maximam suam, quam passim sin-gula Urbes testantur, utilitatem, non solùm cum nobilitate com-paratur, sed ei etiam antoefertur. Quanquam autem hâc ipsâ in aliqua Indiarum provinciâ nobilioribus sanguine ortis est peni-tus interdictum; quanquam Thoslienses hanc ipsam adeò detestati fuerunt, ut, si quis nobilium ei operam navâsset, natales suos ob-surdâsse diceretur; quanquam Thebani legem tulerunt, quâ caveba-tur, ne quis ad imperii fasces admoveretur, nisi decem retrò elapsis an-nis mercaturæ renunciâsset; quanquam et ipse veritatis amantissimus Philosophus, Aristoteles mercatorum neminem ad suæ Civitatis admittit, quod, quæ omnes virtutes continet, Justitia hôc modô venundetur:

tamen eandem esse quadantenus quoq; laudandam, nemo Europæ
orum facilè inficiabitur. Vitia namq;, quorum tam vetera, quàm
recentia Scriptorum monumenta arguunt mercaturam, non ita
se habent, ut ei tanquam matri genuina filia adscribi debeant
siquidem illa omnia dardanariis, et sordidis annona flagellatoribus
qui conscientiam in ipso quæstûs limine aut oppignerant, aut pe
ritus amittunt, sunt tribuenda. Quodsi deinde illud Aristotelis
mercatoribus judicium ratum simpliciter velimus: nonne discipulo
ejus Alexandrum appellamur, dum alibi se non mercatorem esse
sed regem meminit? Quô quidem dictô omnibus ceteris, si studio
sorum et Regum vitam exceperis, anteponit, ut mihi persuadeo,
mercaturam. Quinam verò sunt isti Thebani, Thospienses et Indi?
Sanctissimo Patriarcha Josepho re per somnium sanè in mente
venisse constat, sua virtuti quicquam detractum iri: dum Phara
onis venum exponendo frumentum, maximâ in Ægypto anno
caritate regnante, quæstum exerceret. Atq; Cicero, quem non e
solùm, quæ vivô se acciderunt, futura prædixisse, sed etiam sæpi
oribus temporibus ventura ceu vatem cecinisse Cornelius tradit
mercaturam, si magna et copiosa sit, non admodum interpreman
statuit: atq; etiamsi satiata quæstu, vel contenta potiùs, videt
ei jure optimo posse laudari. Quâ artis hujus depradicatio
nostrûm, præter alios, compluribus sui amorem quoq; instillavit
nisi constaret Mercatores esse, si tenues sint, sordidos, si potentes
tot expositos periculis, ut mentò quondam Laco ille non d
optabilem sibi videri fortunam, quâ nudentibus apta esset. Quan
quantò anima, quam divina aura particulam Horatius vocat
corruptioni obnoxiô corpore est præstantior: tantò studiosorum
quam sibi literarum studiis parant, felicitas mercatorum felicio
te (si tamen quæstus et lucrum, ad quod ipsa tota referter, veri
felicitas est dicenda,) nobilior. Utut enim bonus ille inquirinis
tina Eloquentiæ æstimator, Cicero, studiosos cum Mercatoribus
conferre videatur; tamen quid utriusq; sit similitudinis, non in
telligo: tantùm quòd, sicuti illos ad indias; sic hos ad Gymnasia
et Academias profectos, inanes redire sit turpissimum. Mercatores
tores præterea momentaneas ques capessentes, ventis, fluctibus,
piratis ac prædonibus vitam suam committunt, perpetuumq;
ferè exilium sibi indicunt. At Studiosi aut domesticos intra
parietes ex libris terrarum situs, hominum mores, rerumq;
licarum arcana hauriunt; aut peregrini dum ea fortunas
sectantur, quæ nullis casibus eripi possint, ipsos tantâ anim
veneratione

mmaratione excipiunt latrones, ut ingens sibi infortunium portendant, si vel puerum studiosum violaverint. Quid amplius de Mercatoribus? Eorundem etiam in animis quanta sint, quantumq; posteaquam eos occupârunt, divitiæ possint, ita Comicorum quidam cecinit:

Ἐτὰ χρήματ' ἰδὼν ἔμπορος φρονεῖ μέγα
Ὃν ἐστὶ πάντων ἐνιός' ἄστρον κύριον.

Eheu, infelicem Mercatorem infelicitatem! At istiusmodi frenos abere injici sibi non patiuntur Musophili: qui, licet pecuniam cum veteribus et moralibus præcipuè Philosophis, verbi caussâ, cum Anaxagora & Crate non rejiciant; hâc tamen in re philosophicè agunt, quòd eam contemnant. Quid enim iis, quæ jam retuli, dictô Zenonis, Philosophi in excitandis ad vigorem juvenum animis olim promptissimi, convenientius? Auditô putâ, opes suas ab agris absorptas, Fortuna, quæ tam ingens et molestum à se studiorum impedimentum removerit, factum approbavit. Bias autem, cùm Patriam ejus Prienam hostes invadevent; omnibus, quos modò sævitia belli incolumes abire passa fuerat, pretiosarum rerum pondere onustis fugientibus, interrogatus, Quid ita nihil ex bonis suis secum ferret: Ego verò, inquit, bona mea mecum porto. Usq; adeò studiosi gazas suas pectore gestant, non humeris: non oculis visendas, sed animô æstimandas. Usq; adeò quæ domicilio mentis sunt inclusa, nec agrarum incendia, nec scelleratorum manibus labefactari possunt: et ut in prædia manentibus præstò sunt, ita proficiscentes non deserunt. Quô quidem positô, quis Musophilos Mercatoribus quò felicitatem præstare, non colligit? Studiosi, Auditores Devenerandi, dum de divitiis, virtutum corruptelis, tollunt, virtutes augent, ineoq; à candelis non abludunt, quæ emuncta latiorem flammam eructare incipiunt. Nolo me jactare in omnibus, quæ in amplissimo hoc campo mihi occurrunt, persequendis. Sic itaq; nec de Statuariis atq; Pictoribus quicquam addo, præter hoc unum: quòd quæ illi artificio suô elaborant, vetustate conficiantur: quum Studiosorum lucubrationes quò vetustiores sunt, eò majorem indies induant gratiam, ac sibi concilient dignitatem. Quoniam verò postremô locô Agriculturæ nos meminisse novimus, altiori mentis imagine consideremus agricolas, quos, nescio quis aurem mihi vellicans, obstrepit, omnem Studiosorum felicitatem excedere. Ecce etenim, inquit, si mundus iste est ille ipse liber, ex quo admiranda Dei opera, oppidoq; admirabilis eorum conservatio imbibi possit: quis id diligentius agricolâ, dum oculos in variâ picturâ figit, quâ benignissima rerum omnium mater natura agros vestivit, perficit? Ille quippe in secessu, publicis solutus curis, matutino tempore in

herbulas et floculos roris nectare irrigatos, et quasi in fragmentatam
quandam vestem indutos, et optabilem Solis calorem, roris guttulas
absterserunt, eorumq; auctiones alterum, expectantes, intuetur: quibus
ille ex omnibus nihil aliud intelligit, quàm Justitiæ Solem, Jehovam
qui suas ab oculis fidelium lacrumas absterget, et, quem Divinæ Gra-
Majestati placuerit, persecutionibus et torturis, quibus ipsi proten-
tur, terminum imponet. Accedit et nullam aliam esse, quàm rude-
tam rusticam, quâ illum Innocentiæ, uti Theologi loquuntur, status
quô in Protoplasta positi erant, imaginetur. Quod posterius equidem
cùm non negaverim, tum etiam mundum, quàm ingens divi-
norum operum volumen, nihil esse concesserim. Atverò quot
in immenso hoc mortalium coetu juvat id
nocturnâ versare manu, versare diurnâ:
nonne studiosos? Nam licet tot linguis communis noster omni-
um parens DEUS nobiscum loqui credatur, quot fata in fruge
ribus, gramina in pascuis, folia in arboribus, flores in pratis, co-
res in floribus obtutui nostro obvient: tamen citiùs existimavi-
porcum, sub qua glandes colligit, quercum adspicere, quàm rude
et miselluni ruricolam aliquid, si qua ei sint, facultatem ad su-
Effectorem et Conservatorem referre. Satè sive ei sint pingues
agri, hilares horti, ridentia prata, plena horrea; sive macri bovi
fordidum hircorum caprarumvé agmen; ea omnia, non divi-
Providentiâ, sed aut terræ benè ac diligenter à se subactæ, aut
prædatorio juri, veteribusq; redituibus attribuit. At studiosi-
rum interim corpus, sed mens nunquam in museis includitur,
quod ruricolæ caleant, illius vires pulcrâ et amenâ auriofi-
tate ad calculos vocat, DEOq; acceptas refert. Quin etiam, re-
usquequaq; Camenis adstrictor, nemorum, pratorumq; viriditas
ac tellus multiplici variorum florum tegmine opacata, dulcibus
ipsos excursionibus avocat, et admirabilium naturæ operum
quæ quidem sub orbem Lunæ subjecta sunt, adspectu & contempla-
tione pascit. Quod si cui dubium est, prodeat in medium Au-
gustissimus quondam Ecclesiæ orthodoxæ Pater, Augustinus;
prodeat Hesiodus, Democritus, Cicero, Varro, Cato Senior, Ari-
gilius, Plinius uterq;, Columella, Palladius, Aegidius Van Ly-
Müller; et sexcenti alii prodeant, qui rem rusticam accuratè
ius, quàm ipse Agricola novit, deprimant. Et tu, inepte Cato-
judica: tribulam, an pennam manibus tractare præstet; majorem tui
mulio, agasq; et bubulcus, an sui Philosophiis fœtus voluptatem præ-

Zizania à tritico separare, an vitia à virtutibus discernere praestet. Facessite ergò profrictâ fronte, virulentâ linguâ, Momi et Zoili, atqs in mentis recessus immittite; quantum jucunditatis, quantum voluptatis, quantum felicitatis, quantum denique beatitudinis, pro vobis omnibus, artium et sapientiae cultores possideant. Musophili nempe regionem regunt: Musophili animis dominantur: Musophili adolescentiam ducunt: Musophili senectutem oblectant: Musophili secundas res ornant: Musophili Dei opera admirantur: Musophili adversis non frangunt: Musophili secundis non efferuntur. Ô supra hominum conditionem felices Studiosi! Ô Musophilorum felicitatem! Ô aeterna vitae argumentum! Ô singulare coelestis clementiae documentum! Nulla igitur hoc in universo mortalium societatum est, quam Studiosi non excedant; nulla in terris res invenitur, quam frequenti studiô non comprehendant; nulla in coelis, quam non concipiant; nulla tanta obscuritati implicita, quam cognoscendam non cupiant. Tantae utique Studiosi industriae vires in Musis, ut in immortalitatis librum referantur, collocant. Cujus industriae alacri spiritu ille, non solum hominum, verùm etiam Apollinis oraculô sapientissimus Socrates, accensus, eô amoris vinculô literas sibi devinxit, ut ipsis totum diem suas invigilaret. Et Socrati adjungo Mercurium Trismegistum, seu Hermetem, atqs Didymum: quorum hic, ex Senecae sententiâ, quatuor millibus; aut ut Suidas vult, tribus millibus et quingentis libris, quos propriâ manu descripsit, immortale τοῦ κάλλους nomen est consecutus: illum autem multifariae eruditionis triginta sex millia, quingenta et viginti quinque volumina ad longam intermorituram posteritatis memoriam consecrâsse, plurimi unô ore fatentur. Sed veluti maris, quod ex aspero placidum illari affectu sentitur, guttae in numerato haberi nequeunt: ita etiam illos, qui omnem operam, addo etiam industriam suam in artium liberalium studiis posuere, recensere mihi est denegatum. Verum ut et aliae praetereamus quae Musae efficiunt: imprimis cum Studiosorum laudibus velificentur: quaeso animos, nisi molestum est, advertatis. Quid itaqs Archimedem ad laudis cumulum perduxit? Studium in Musas: in quibus ipse semel ita defixus erat, ut, dum Syracusae, Urbs eâ tempestate omnium opulentissima, diriperentur, prius hostilis gladii cuspidem corpore exceperit, quàm in hostium potestatem, Duce Marcellô, venisse patriam sentiret. Nunquid de juniore Theodosiô, Imperatore in omni pietate clarissimô, tacebo? Nota est hujus artificiosissima lampas, quae certis libramentis monita et mota, ne alienas vocaret manus, quae deum affunderent, sed ad domini sui pervigiles lectiones

non interrupta serviret famula, ipsa sibi pabulum sufficiebat. Ne
prætereundus est omninò hôc locô Vespasianus: qui, ut Musas ipse
colere, adeoq; studiosum esse et Mæcenatem contaret, Salucio Bel
Poëta ducentos aureos, juxta Belgarum calculum, unâ vice nu
meravit. Nec aliam verò tribuit Nicocles, cypri rex, viam, qui volu
men Isocratis, suo nomini inscriptum, aureis ducentis et unguis
quinq; millibus remuneravit. Cuos tamen etrosq;, ut imperii am
plitudine, ita in Musar studiô et liberalitate superat Alexander Ma
gnus: utpote qui præceptorem suum Aristotelem, oblatô sibi de an
malibus librô, octingentis talentis, id est, centum et octoginta mil
libus coronatorum, quorum singuli thalerum imperialem valent
donavit. Idem quoq; Alexander Phrynonem, quôdam poëma
publicatô, decies mille florenorum præmiô affecit. Cuidni tandem
et tu, Ægyptiorum decus, Ptolomæe Philadelphe, prodeas? Tem
viumensis opibus in templum Hierosolymitanum illatis, Pontifex
Maximum Eleazarum de Sacro-Sancto Codice consulendum rogasti
septuaginta viros, linguarum peritissimos accersisti, eosq; non mo
dò regiè habuisti, sed et amplissimis muneribus ditator dimisisti
nec ungram impensarum, quas in Eruditos erogabas, te pœnitu
it. Sed dies me deficeret, si vetera et externa cùm eruditionis, tum
in Studia liberalitatis, congrirere exempla plura instituerem. Cum
recentium et domesticorum copia agmen jam claudat. Anne vel
Gorlicenses, utra laude, eruditione an munificentiâ, præsent, mihi ne
biquum non relinquent? Cujus quidem rei vel soli Hungari, quibus
societas illa, quæ sanctissimo JESU nomine nefariè abutitur, igni
et aquâ interdixit, pignora ostentare possunt; atq; ego magnum
quem incertis sedibus vagantem, nudum à propinquis, nullius pa
trocinio munitum, suô Gorlicium benignissimè, uti solet alienigena
sima recepit, receptum nutrivit, nutritum, quantum fuit ingenii
mei viriculæ passæ, polivit, ut olim et mihi illa studiosorum, quan
tantopere anhelo, beatitudo contingeret. Gorlicensibus ergò tan
tum debeo, quantum me Parentibus debere vix fas est. Ab ipsis
enim, quod necesse duntaxat erat, rudis sum procreatus; ab illis
in honestissimo literarum studiô hucusq; educatus. Isti dirâ atq; de
râ admodùm rerum penuriâ laboranten defenerunt: illi non solu
vestiverunt, verum etiam quæq; necessaria suppeditârunt. Quorsum
verò hæc disputo? quorsum? Ut intelligere possitis, Patres Amplissi
mi, vosq; Præceptores, quorum mihi nomen dulce est, Astum atissi
mi, me aliam referendæ gratiæ rationem inire non posse, quam

hanc, quâ memoria beneficiorum revolitur. Nam quem neq; Hispanii Iberi divitias, neq; Indorum thesauros, neq; Arabum gazas, neq; Panchaia gemmas possideam: hoc omninò vobis repromitto, me beneficia, quæ partim in animum, partim in corpus meum contulistis, sempiternâ benevolentiâ culturum: non modò dum animâ spirabo meâ, sed quoq; cum mortuo monumenta vestri in me beneficii permanebunt. Imprimis autem hæc cura, ô Gorlicii Sidera! erit infixa animo meo sempiterna, Et et Patribus Amplissimis, et Præceptoribus Præclarissimis, cunctisq; Commilitonibus, dignissimus eâ benignitate videar, quæ tantos nectar et Ambrosiæ rivulos in me hactenus derivarit. Quod superest: Vale Gorlicium, virtutum omnium in superiori Lusatia sedes illustrissima! Vale Ecclesia, sanctissima spiritus Sancti officina! Vale Curia: quæ de, ceu ex equo trojano, non quidem Græci ad Urbis excidium, sed Amplissimi Proceres in Artium ornamentum prodeunt! Vale Gymnasium, scientiarum et sapientiæ Emporium celeberrimum! Valete, Viri Magnimi! Valete Defensores Justitiæ! Valete Dominæ Ecclesiæ! Valete Lumina Scholæ! Vale Juventus, Spes Patriæ! Valete Cives singuli et universi! JEHOVA vobis æternum faveat! Valete in foro! Valete in thoro! Valete in choro!

Dixi.

SLUB
Wir führen Wissen.
Stadt Görlitz
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

632

SLUB
Wir führen Wissen.
Stadt Görlitz
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski
BUW

Tristia 6
Redite
Dircaos,
Conduxit
insinuare
Sirenem
Dicto
Vatum
Obpugat
Fulgores
Nafo,
Obmit
Veri, ato
Denfatis
Aut quos
Cadmum
Angvis
Atq eq
Mutua
Diuite
His se
Offibus
Si mi
Senectu
Se se
Volitur
Splendo
Pallido
Hæc qi
Voce
Nonne

SLUB
Wir führen Wissen.
Stadt Görlitz
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski



SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
Stadt Görlitz
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski
BUW

SLUB
Wir führen Wissen.
Stadt Görlitz
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
Stadt Görlitz
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski
BUW

SLUB
Wir führen Wissen.
Stadt Görlitz
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski
BUW

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Actus
Solemnior Sacer
de
Fallitio
Messiæ
Deprehensi,

ex libris
S. Studiosæ Juventutis
Gymnasii Gorlicensis
Ao 1710 Die XXX
d. 31. Januarii.

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

Quem Deus non aliud nisi Jesum
esse voluit filium

Jesus Christus ipse sedulus Homero;

Sed pretereundum est furibus
est fenerarius.

Prolixitas nocet.

Nocet auditoribus.

Nocet deliberando.

Nocet delassando.

Debilitat cibum.

Delassat aures.

Breviter ante absolvitur.

certe expenda ipsa die crastina:

si Deus voluerit:

si esse vivi simus.

Vos Prugarum Patroni,

Vos Fautores,

Vos Amici:

Quotquot rogati confluxistis:

quotquot congaudistis:

quotquot indulgentiis:

Ite Laetis, Pedum. LICET.

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

237

Ah felix, felix, quisquis sublimia cœli
Exemplo Christi fidenat et alta petit!
Is simul indivisa colet palatia cœli
Nam quidem a membris dissociasse caput!

Quod superest: Vobis grates de pectore solvo,
Conscripti Patres, Lumina clara fori
Et vobis reliqui, Claria Permessidos unda
Qui finiti colitis suspicitisq; Scholam

Quod patulas aures facturis verba dedistis
Hausistis voces mente lubente pias
Vos colimus, vos suspicimus, sequimurq; volentes
Et pia pro vestra vota salute damus

Vivite felices Pulli triteridis ævi
Sit Morbona procul, tu Libitina vale

Johannes Henricus Oderus
Sora-Lusatus

238

RUTH

LENTECOST

SPIRITUS S

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

us S. esse oferta? Nonne dixi: Ventum tenui nascentia fove-
coctare; pariterq; et SPIRITUM S. fovere atq; ad Salutem nos
e? Nonne dixi: Ventum navigantes ducere ad portum, pariterq;
ITUM S. Ecclesiam navicularum suam docendo veritatem recte,
rtum provehere, nosq; tandem ad portum Sequitatis, hoc Est,
eternam inter medios persecutionum fluctus deducere? Quis
Consilium, clara vox, ut gaudium vocis possit, mecum jam
unaret? O illustrissimum SPIRITUS S. Emblema! O ele-
um SPIRITUS S. Symbolum! Nec certe lacti, ovum ovo
similius, quam SPIRITUS S. quod certe Comparati-
tra similis est ventus. Vos, vos itaq; Symmachi Sva-
SPIRITUM S. animarum nostrarum nautum, certissimum
ostri triumphum, suavissimum solatium, summam captivorum
n, clarissimum sonorissimum limen, calidissimum friduorum
n ignem, bonorum omnium fontem, Deum venerantur,
netuite! Imprimis autem cavete ne, quod absit S.
est tristitia illa afficiatis moestiores hoc omnis boni
Nostis enim vobis, nostis sinculis per SPIRITUM
obsignatos esse in diem Redemptionis.

Qui

Carl Lunitz

Te, Rex Augustissime, coelum inter tot sacrilegorum hominum
tot
tot Catilinarias conjurationes inter Papaorum insidias consist
tot
tot particularium conjurationum tyrannidis
Judonis Regia Tua Domus cum totius Galliae
August. in terris felicitatem Constantini
sanctissime spondens.

Bartholomaeus Gallerius
Cort. Ul.

Durchlauchtigster Großmächtigster
König und Herr,

Ewere Königliche Majestät
Tag und Nacht
Nachsinnen
Nutzen
allein
Bürgern
Christenheit
Ruhe
Cent mit Christen Gottes machen
Zeitung
aus
Frieden erhalten, als können

[illegible] ... befreiung ... [illegible]
... der Durchleuchtigsten ... Bestellungen u. ...
... vorgestellten ... Bestellung ... [illegible]
... [illegible] und zu inbrünstigen ...
... Majestät ... Erhaltung allzeit ... [illegible]
... [illegible] ... gleichermaßen ... [illegible]
... Majestät ... alle ... [illegible]
... halten ... darum ... [illegible]
... derselben ... [illegible] ... auch die
... der abgesondert sind, zu allerunterthänigsten allen Gna-
... [illegible]

GRATULATIO

... Serenissimo ac Potentissimo
DANIAE ... REGI ...
GVILIELMUS ... [illegible]
... Daniae ac Norvegiae ... [illegible]
auspicato ... [illegible]
... [illegible] ...
... patribus nostris ... suspiciendum a
... Catholicae ... fortuna ...
... nostro ... belli huius alternatis ex
...s exoptavimus, ut post difficillimorum

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski

SLUB
Wir führen Wissen.
GÖRLITZER SAMMLUNGEN
OBERLAUSITZISCHE BIBLIOTHEK
Uniwersytet Wrocławski